

109.

Ipse ^{q)} insuper castrum Tuiense ^{r)} propter frequentes adversitates re-
bellanorum confregit, portemque ^{s)} ultra fluvium Rheni ex adverso
 civitatis Coloniensis deductum propter latrocinia frequenter de e-
 dem comissa deiecit. Corpora etiam sanctorum Evergisi Patroci ^{t)}
Elifi et Privati de diversis collecta locis Coloniā transtulit una
 cum catheris, quibus in carcere vinctus fuit ^{u)} sanctus ^{v)} Petrus, et cum
baculo s. Petri, quem ipse ex ^{w)} Metensibus extorsit. Ipse similiter ^{x)} ven-
erabilis presul multas ecclesias alias quidem a fundamentis erexit, alias ^{y)}
possessionibus dotavit, multas dirutas ^{z)} vel dilapsas magnifice restaura-
vit. Ad ultimum ipse idem cenobium monachorum ordinis s. Bene-
dicti extra muros Colonienses instituit, ^{a)} ubi sepultus feliciter in domino re-
quiescit. Idem quoque venerabilis pater ^{b)} primus Coloniā a tributis liberam esse fecit.⁺

^{c)} Volthmarus Coloniensis archiepiscopus xxvi.

^{cat. I. et III.} Vicesimo sexto loco tenuit cathedralem infulam Coloniensis
ecclesie sedens sub Ottone magno et primo imperatore predicto annis
4 venerabilis presul Volthmarus.

Gero Coloniensis pontifex xxvii.

^{cat. I. et III.} Vicesimus septimus successit in ^{d)} portificio ecclesie Coloniensis
sedens sub imperio dicti Othonis I. et filii eiusdem Othonis II. annis
7 venerabilis Gero archiepiscopus vir multum religiosus. Hic insti-
tuit abbaciam in ^{e)} Glaidbach ^{f)} ordinis s. Benedicti, sepultus Coloni-
in ecclesia s. Petri. Iste sicut fertur per successorem suum Warinum
nomine, dum adhuc viveret fuit sepultus. Laboravit enim dictus Gero
infirmirate ^{g)} capitis, ita ut sepius per ^{h)} multos dies ipse iaceret quasi

⁺ add. 7: Item XI. octob. depositio B. Brunonis Agrippinensis archiepiscopi, qui inter
cetera laudabilis vite insignia, que liber gestorum eius plenius enumerat, etiam
locum istum a fundamentis erexit ac rebus inibi deo servientibus sufficienter
habundanterque locupletavit. Ex martirologio cenobii Panthaleonis, iacente in scholis
in ambitu idem, hec habentur. ⁺⁺ add. 5: oriundus de Saxonia.

^{q)} item 3. ^{r)} Tuicense 2.3. ^{s)} portem quoque 1.3. ^{t)} Patroci 4. ^{u)} f. vinct. 2.3. ^{v)} beatus 2.3.
^{w)} a corr. 3. ^{x)} sim. deest 4.4.4." ^{y)} alias vel des. 2. ^{z)} dirutas deest 4. ^{a)} Panthaleonis monasteri-
um videlicet add. 4.4." sc. s. Panthaleonis, add. in marg. 2. ^{b)} presul 3. ^{c)} Volthm. 2.4.4.4." Volthm. 3.
^{d)} in deest 3. ^{e)} in deest 2. ^{f)} Glaidbach 3. Radbach 4.4.4." ^{g)} in inf. 2. ^{h)} post 4.4.4."